

7. 24. 88.

V.
2899

AD
EXEQUIAS
ILLUSTRISSIMI COMITIS
AC DOMINI,

DN. OTTONIS
LUDOVICI,

S. R. I. COMITIS à SCHÖNBURG,
COMITIS à GLAUCHA & WALDENBURG,
HARTENSTEIN & LICHTENSTEIN, &c. &c. &c.

Comitis ac Domini Nostri olim Gratosissimi,
jam Desideratissimi,

Insta
ILLUSTRISSIMORUM
COMITUM,

Sacro pariter Ordini,

DN. Pastori Aulico & Inspectori Hartensteinensi,
DN. Pastori Primario & Inspectori Lichtensteinensi,
DN. Archidiacono, Adjuncto & Seniori Walden-
burgensi,

Cæterisque DN. DN. Pastoribus & Diaconis
Diæcesi Waldenburgensi,

jamjam Adscriptis
publice

intimare voluit ac debuit

D. Johann Gottlob Stolker S.

ALTENBURGI, Imprimebat Joh. Gothofred Richter, Ducal. Typogr. 1702.





Cio, Vos in dolore vero ac copioso versari & Patriæ Patris, Comitis Illustrissimi, DN. OTTONIS LUDOVICI, Sacri Romani Imperii COMITIS AC DOMINI à SCHÖNBURG, Comitis à Glauha & Waldenburg, Hartenstein & Lichtenstein, &c. &c. &c. Domini nostri olim Gratosissimi, qui jam in summo conatu & in cursu magnarum rerum nobis creptus, desiderio etiamnum maxime affligi. Sed quid?

Longius aut propius mors sua quemque manet.

Olim creatus erat homo, ut viveret, ut immortalibus immortalis demum uniretur; Jam verò nascitur homo, homo, inquam, vel in purpura natus, ut moreretur. En fata, quibus obnoxii jam sumus, ac fortassis proximi! At vero

Bona mors est homini vite, que extinguit mala.

Quod fortassis reliquum erat ætatis, quid nili morbus, nisi dolor, aut mœror ac labor occupabat? Sed molestiis jam omnibus vacuus, quas, Regimine Durante, patienter sustulit, spatioque feliciter confecto, victori similis commigravit, ac cœlesti illo gaudio, nec non felicissimo ac sempiterno ævo, in quod spe votisque omnes erigimur, & ubi à morte resuscitati, reponemur, nunc perfruatur. Cœlo quippe natus erat, & huic demum redditus, nulli amplius fato tristi atque adverso obnoxius, sed à Salvatore suo, cui vixit atque firmiter adhæsit, fidei præmia, vitæque pulcherrime actæ nunc capit. Iisdem enim virtutibus super omnes sui similes excellebat NOSTER, quamdiu nobis imperabat, quæ *Dignitati Summæ* prorsus conveniebant, erectumque, ac divinum animum *Ipsius* maxime decebant quandoquidem omnes ferme tenebræ Veneratione antecesserit. REMPUBLICAM SCHÖNBURGIACAM prudentia

tia atque auctoritate, DOMUM verò ILLUSTRISSIMAM SU-
AM benignitate, unus omnium maximè tuebatur, viam ad ne-
gotia publica cum ratione atque Consilio saluberrimo semper
ingressus. IPSE quoque contra malas seculi artes, tempestates
maximas, variaque rerum discrimina, imò etiam, cum perpetuo
pariter ac summo dolore excruciabatur corpus, sese firmabat
strenuè, tutissimum vincendi genus existimans, si ex possessione
constantia nunquam dimoveretur. Misera Ecclesia vicem,
ut Christianus, intellexit pariter ac doluit NOSTER, secus ac
summi & Potentes seculi nostri, qui Religionis puritatem, nec
non majora pietatis incrementa parum hodiè curare, quid?
quod secularia aut profana longe hisce antepone, rebus sci-
licet! adeò levibus atque nullius plane momenti, consueverunt.
At verò NOSTER Ecclesiarum Scholarumque curam in se lu-
benter suscepit, Deo fidem suam in hoc pietatis genere omni-
nò probaturus, adeoque præstitit semper atque effecit præci-
pue, quod rationibus Ecclesiarum suarummet non modo pro-
ficuum, sed necessarium quoque & imprimis salutare fuit. Hinc
Religionis ornamenta doctrinaeque puritatem atque utilia in
quovis pietatis genere exercitia insigni ad posteritatem exem-
plo tuebatur, ac nunquam sententia orthodoxa, ne in ulla qui-
dem doctrinae salvifica parte, tenebras à Novatoribus offundi
passus est. Et quoniam publicè quam maxime interest, excita-
ri ingenia, & erigi subinde & ornari diligenter, ut, quorum in
Republika summa auctoritas est, eorum maxima quoque li-
beralitas sit, & passim sermonibus hominum celebretur; ita
profecto hanc gloriae partem sibi tanquam solus vindicavit
NOSTER. Reitabat atque ad *Dignitatem Illustrissimi Comi-
tis Nostri* veluti spectare videbatur, ut *Natos* ex te laudum pa-
ternarum testes haberet, qui & solari derelictos & retinere *De-
functi* possessionem gloriae bene sapienterque sustinerent. Ec-
ce vero! *Charissimi!* Hos ipsos praesentes paternarum
que Dignissimos Haeredes, DN. GEORGIUM AL-
BERTUM, DN. OTTONEM WILHEL-
MUM, DN. LUDOVICUM FRIDERICUM,
DN. CHRISTIANUM HEINRICUM, S. R. I.
Comites ac Dominos à SCHÖNBURG, Comites à
Glauchau & Waldenburg, Hartenstein & Lichtenstein &c. &c.
&c. Dominos Gratioussimos Nostros; intueri nobis jamjam
contingit, qui felici successu ad res paternas prospere partas cu-
mulum asserre, & aetati subsidium, Familiae Illustrissimae Dec-
cus, fortunis adjumentum, domui robur, curis levamentum,
consiliis felicissimum eventum, vitaeque univèrsae gaudium per-
pe-

Vn 2899 FA

V3005537

petuum, idque sincerum & stabile (ac si per vota nostra liceat) nulla fatis lege mutandum & eadem fide atque officio semper sanctæque servandum) summo conatu impertiri cupiunt, atque omnibus promittunt. Nostrum est, Deum præcavi ardentissimis precibus, ut Afflictis omnibus, qui in *Domo Illustrissima Schönburgiaca* Beatum jamjam desiderant, ac nobiscum deplorant, solatium uberrimum admoveat, fortissimamque solatii anchoram ipsis subternat!

Vos autem, *Frates in Christo Dilectissimi!* rogo, ut memores sitis & officii vestri & mandati *Illustrissimorum Comitum* perorando publicè, quid auditores Vestros hoc die, eoque nomine solenni, deceat atque ab omnibus expectetur, ut adsint frequentes ad audiendam concionem funebrem, in postremum honorem *Gratiosissimi* olim *Nostri Comitis*, Gloriosæ memoriæ, die Jan. 1702. publice habendam, & quidem super verba ad Rom. VIII. v. 38. 39. à beatè defuncto jam pridem selecta ac s. huic sermoni, pio consilio, destinata; Sic enim officii subjectissimi partes recte meritoque omnes impleant. imprimis vero, si quando memoriam Patris Patriæ nunc Desideratissimi pie sancteque semper, ut par est, conservârint.

Valete in Jesu. Dab. Waldenburgi è
Museo Jan. 1702.



VD18

7. 24. 25.

Vk
2899

EXEQUIAS
ILLUSTRISSIMI COMITIS
AC DOMINI,

DN. OTTONIS
LUDOVICI,

S. R. I. COMITIS à SCHÖNBURG,
COMITIS à GLAUCHA & WALDENBURG,
HARTENSTEIN & LICHTENSTEIN, &c. &c. &c.

Comitis ac Domini Nostri olim Gratosissimi,
jam Desideratissimi,

Iussu

ILLUSTRISSIMORUM
COMITUM,

Sacro pariter Ordini,

DN. Pastori Aulico & Inspectori Hartensteinensi,
DN. Pastori Primario & Inspectori Lichtensteinensi,
DN. Archidiacono, Adjuncto & Seniori Walden-
burgensi,

Cæterisque DN. DN. Pastoribus & Diaconis
Diæcesi Waldenburgensi,

jamjam Adscriptis
publice

intimare voluit ac debuit

D. Johann Gottlob Stolker S.

ALTENBURGI, Imprimebat Joh. Gothofred Richter, Ducal. Typogr. 1702.

